UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Saltatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

...ſacro commendatum, quod & nunc multis fit ianis.
...verbis.
...dant pœnas, quamuis nemo vſque ad Deos manus por-
...de benef. lib.5.c.14.
...tum in iis obſeruatur, quæ religio numini adſcripſit. In-
...legus Deo quidem non poteſt facere, quem extra ictũ
...poſuit: ſed tamen punitur, quia tanquam Deo fecit. O-
...noſtra ac ſua obligat pœnæ. idem, li.7.c.7.
...minuta puniuntur. Magna in triumphis feruntur. I-
...
...rum eſt, quod nulla permittitur commotione violari.
...ep.4.
...impugnant ſacrilegi. Q. Curtius, lib.7.
...omnes primus inter confertiſſimos dimicans cecidit, & ſa-
...nas impio ſanguine luit. Iuſtin. hiſt. l.87.
...oppidum Toloſanum in terra Gallia Quintus Cepio
...puliſſet, multumq; auri in eius oppidi templis fuiſſet,
...ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabiliq; exitu
...Gell. noct. Attic. l.5.c.9.

¶ Apophthegmata.

...cernens quendam male audientem, quaſi monumenta
...Homeri carmine compellauit.

...εὐ ἀδὲ φέριςε
...νεκύων κατατεθνειώτων,
...quid huc veniſti, vir præſtantiſsime? num fors
...ſpolies aliquem horum quos mors occupat atra?
...

...præclare dicere ſolitus eſt, ſe vehementer admirari, eos
...in ſacrilegorum numero, qui læderent eos qui diis ſup-
...vel Deos venerarentur. Quo innuit vir prudentiſſimus,
...tantum ſacrilegos eſſe qui Deos ipſos aut templorum or-
...ſpoliarent: ſed eos maxime, qui deorum miniſtros & præco-
...nelis afficiunt. Aemil. Prob.
...ſenior ſacrilegia ſua ſolebat facetis dictis obtegere. Lo-
...ſerpinæ templum ſpoliarat, mox quum claſſis illius ſecundo
...garet: Videtis, inquit, quam proſpera nauigatio à diis im-
...detur ſacrilegis. Ex hoc colligens, aut non eſſe Deos, aut
...eſſe moleſta ſacrilegia. Iuſt. li.21. Val. Max. li.1.c.2.
...Epidauro Aeſculapio barbam auream detraxit: quod ne-
...rum, Apollinem imberbem, ipſum vero barbatum con-
...Aeſculapius fingitur Apollinis filius, Apollinem autem ſem-
...imberbem facit theologia poetica, Aeſculapium barbatum: ſi-
...in medico requiri multarum rerum vſum. Val. Max. li.1.

...Ioui Olympio detraxit magni ponderis aureum amicu-
..., quo eum Hieron. è manubiis Carthaginenſium ornauerat,
...detracto aureo laneum illi pallium iniecit, ita cauillans:
...amiculum æſtate graue eſt, hyeme frigidum: Laneum ad
...anni tempus accommodatius eſt. Valer. Maxim. ibi-
...

..., Menſas aureas atq; æreas diis dicatas è phanis ſuſtulit,
...inſcriptio ex more Græcorum teſtabatur eſſe, bonorum Deo-
...quis manum admoliretur. At ille cauillatus eſt, ſe Deorum
...vti, Nam boni dii dicuntur, quod omnibus benefaciant.
...

...phialas aureas, pateras & coronas, quæ ſimulachra porre-
...manib. ſuſtinebant, velut offerentia tollebat, dicens, ſe oblata
...non eripere: addens, perabſurdum eſſe, à quibus quotidie
...flagitamus, ab his vltro porrigentibus nolle accipere. ibid.
Ludouicus XII. Gall. rex, quum Iulius pontifex ſacrilegii eum
...ularet: atqui, inquit, abſurdiſſimum eſt, vt qui donaria diuum
...manibus gerit, alios ſacrilegii arguat. Annal. Franc.

¶ SIMILITVDINES.

Seneca. Si aurum ex vrna ſuſtuleris, quia illic & vipera eſt, non
...mihi vrna aurum dat, quia viperam habet, ſed aurum dat, cum
...viperam habeat. Eodem modo ex ſacrilegio lucrum fit, non quia
...& ſceleratum eſt ſacrilegium: ſed quia lucrum habet: quem-
...modum in illa vrna vipera malum eſt, non aurum quo cum vi-
...iacet: ſic in ſacrilegio malum eſt, ſcelus, non lucrum. Lib.2. E-
...58.

Thrimeri. Nemo libenter audiret mulierem diſſerentem de for-
...tudine. Ecquis ergo feret impium ſacrilegum, adulterum, concio-
...tem de virtute: in apoph.106.

¶ Adagia.

A ſacris abſtinendæ manus.

Vulgo quoq; creditum eſt, fatum inſtare ei, qui ſacris rebus ac Deo dicatis manus iniecerit: aut qui pios homines, aut certe fungentes ſacris miniſteriis oppugnarit. Id propemodum iam olim dictum eſt ab Homero Iliad. ρ.

Ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλει πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
Ὅν τε θεὸς τιμῇ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλισθῇ.

Cum diuo certare vero ſimul atque cupit quis.
Cuique Deus bene vult, damnum huic certe imminet ingẽs.

Vide, Furtum, Rapina.

Saltatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SAltatio, eſt corporum iactatio, quam vulgus tripudium vocat, à verbo Salto. Gr. χορεία, chorea, & ὄρχησις. Heb. *Chagh*, vox media, à verbo *Chaghag*, feſtum celebrauit circuitionibus, choreis & aliis ceremoniis. De Choreis & Saltationib. ſacris infra citantur hiſtoriæ Biblicæ: Profanarum exempla ſuppeditant ſeculares ſcriptores. De Saltatione multa obſeruatu digna profert etymologicon trilingue Lugdunenſe, *pag.704. & 705.*

¶ Loci Biblici.

Saltationis fit mentio in Scriptura ſacra, *Exod.* 15.20. & 32.6, 1. *Sam.* 18.7. 2. *Sam.* 6.18. *Eccl.* 3.4. *Matth.* 11.17. & 14.6. *Marc.* 6.v.22. *Luc.* 7.v.31.

¶ Apophthegmata.

Lesbonax hiſtriones ac geſticulatores appellare ſolebat χειροσόφους, quod manibus ſaperent, non lingua. Erat enim ſaltationis genus: quo graues etiam hiſtoriæ citra vocem vel recitantis, vel tibicinis, ſolo corporis geſtu ſic repræſentabantur, vt ſpectatores prope plus intelligerent ex ſaltatione, quam ſi quis recitaſſet. *Eraſm. lib.8. apoph.*

Demetrius Cynicus damnabat artem ſaltatoriam, velut inutilem geſticulationem ad tibiæ modos. Cui geſticulator quidam non imperitus, cupiens artis ſuæ vindicare gloriam, iuſſit vt ſubmotis tibicinib. ſpectaret ipſum ſaltantem. Aſſenſus eſt Demetrius. Ille ſaltauit Homericam fabulam, adulterium Veneris ac Martis, ambos Vulcani vinculis irretitos adamantinis, ac ſole prodente, diis cæteris exhibitos, Venerem erubeſcentem, varios Deorum aſtantium affectus, Mercurium optantem talia vincula, Martem damnatum vt penderet mœchagria, ac præterea quicquid ad eam fabulam pertinet. Ibi Cynicus artem admiratus, dixit: Audio homo quæ facis: nõ video tantum, ſed mihi manib. ipſis loqui videris. In huius artis laudem ſcripſit Lucianus. Plato non probat: tamen apud Chriſtianos ſaltatur ineptius *Cælius Rhodiginus li.5.c. Eraſ. l.8. apoph.*

Hegeſianax. Apud Antiochum regem, non amici ſolum regis pyrrichiam ſaltabant in cœnis, ſed ipſe etiam rex. Quum vero ad Hegeſianactem hiſtoricum ordo choreæ perueniſſet, aſſurgens dixit, Nunquid ô rex, me male ſaltantem mauis aſpicere, an potius mea quædam ſcripta bene pronuntiantem audire? Qui cum dicere iuſſus eſſet, ita regi placuit, vt inter eius amicos & familiares cooptaretur. *Athen. li.4.*

Cliſthenes. Quum nobilem filiam haberet, præconem edici iubebat in Olympiis, qui ſe dignum eſſe Cliſthenis generum ad ſexageſimum diem ad Sicyonem veniret. Quo quum multi proci conueniſſent, ex omnib. videbatur magis idoneus Hippoclides Athenienſis Tiſandri filius: ſed cum ſupra menſam Laconicos Atticoſq; modos, ad tibias ſaltaſſet, cruribuſq; ac brachiis modulatus eſſet, ſtomachatus Cliſthenes: Tiſandri (inquit) fili, deſaltaſti matrimonium. *Bruſ. lib.3.*

Albertus Imp. dicere ſolebat, venationem eſſe exercitationem virilem, ſaltationem autem muliebrem. Notauit autem mollitiem quorundam principum, qui quum ſe Hercule fortiores eſſe iactitent, & Hannibalis ſcientiam militarem ſibiipſis aſcribant, maiorem tamen vitæ partem, Sardanapalum imitantes, in conuerſatione nobilium matronarum virginumq; aulicarum inueniuntur ludentes, molliterque ſaltantes. *AEne. Syl. lib. 4. Comment. in reb. geſt. Alph. regis.*

Fridericus Imperator. Eum ſæpenumero dicere ſolitum accepimus: Malle ſe febri teneri, quam ſaltationi operam dare. *Aen. Syl. 1. Comm. de reb. geſt. Alph.*

Alphonſus Gallos potiſſimum leues eſſe dicebat, qui quo magis ætate prouecti eſſent, eo magis ſaltationis inſania ſe oblectarent. *Anton. Panorm. libr. de reb. geſt. Alphonſ. & Aen. Sylu. de eius dictis.*

Idem, cum forte mulierem quandam impudentius ſaltantem aſpexiſſet, Expectate, inquit, mox Sibylla edet oraculum, Sentiens, Saltationem inſaniæ genus eſſe. Sibylla enim vates non edebat oraculum, niſi furore correpta. *Panorm. li.2.*

Idem audiens Scipionem ſaltatione animum relaxaſſe, Saltatorẽ ab inſano nihil differre dixit, niſi quod hic dum ſaltat, ille autem dum viuit, inſanus eſt. *Pan. lib.1. de reb. geſt. Alph.*

Idem. Cum argueretur, quod cum à ſaltatione tantopere ipſe abhorreret, in aduentu tamen Friderici Imperatoris tertii, cum ipſo Imperatore & Leonora Auguſta ſaltitare palam viſus eſſet, reſpondit, Eum quidem qui luxuriæ cauſa ſaltet, ſtultum & inſanum merito eſſe, ſed ſi honoris alicuius gratia fieret, reprehenſionem aliqua ex parte effugere, quandoquidem cum magnis viris

viris inſanire aliquando decorum videtur. *Panorm. li. 2. de reb. geſt. Alphonſi.*

¶ SIMILITVDINES.

Chryſoſtomi. Si mille ſcenici voluptatibus abundare videantur. quamuis delectationum flumiaa illis adeſſe credantur, multis tamen amariſſimis telis perfoſſi plerumq; iacent. Sic ſaltatricis alicuius moribus captus quiſpiam fuerit omni malitia durius, omnium peregrinatione moleſtius tormentum ſubſtinebit, omniq; obſeſſa ciuitate; miſeriores peraget dies, *Hom. 69. in Matth.*

Thriueri Virgines quæ in choris & tripudiis viros quærunt, nihilo probiores iis qui beneficia lenociniis merentur. ambiunt. *in apoph.* 124.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Populus coram vitulo conflato ludens & ſaltans, *Exod. 22. 6.* Filia Herodiadis in natalitiis Herodis ſaltans, *Matth.* 14. *v.* 6. *Marc.* 6. 22. Choreas diuiſas fuiſſe olim ratione ſexus: hoc eſt, aliæ fuerunt mulierum: aliæ virorum choreæ Nam Dauid ſolus ſaltat, non cum matronis aut puellis. Sic Maria inter mulieres & cum mulieribus ſaltat. Mulieres item præana Dauide canentes. Huiuſmodi choreæ, apte, decenter, honeſte, pie ſuo loco & tempore, ſine aliorum damno & ſcandalo actæ, tolerari à piis poſſunt.

¶ EXEMPLA HISTORICA.

Proditur memoria Theſeum in Delum inſulam appulſum ex Creta, inibi ſaltationem iniiſſe cum pueris, quæ Labyrinthi præferret errores orbibus orbes impediens, apud aram τεϱατῶνα, ex ſiniſtris modo compactam cornibus. *Cælius lib.* 5. *c* 3.

Lacedæmonii Trichoriа vtebantur ſaltatione, inſtituto Licurgi: conſtabat autem ea ſaltatio triplici choro: ſenum, puerorum, iuuenum. *Senum prima erat cantio.*

Ἄμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι,
Nos olim fuimus ſtrenui iuuenculi.

Secunda puerorum.

Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες,
Præſtantiores nos futuri olim ſumus.

Tertia iuuenum.

Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς αὐγάσδεο.
At nos ſumus: vel experire ſi velis.

Plutarchus com. de laude ſui ipſius.

Ariſtonicum Caryſtium Alexandri fuiſſe ſphæriſten, prodit hiſtoria, quem ob artis excellentiam ciuitate donarunt Athenienſes, ſtatua quoq; erecta. *Cælius lib.* 4. *c.* 8. *A. L.*

Pharſalia ſaltatrix Theſſalica cum à Philomelo Phocenſium duce, ſpoliato phano Delphico, auream coronam Daphnes Lampſacenorum donarium) accepiſſet: à Daphnes vatibus ad inſaniam redactis in foro diſcerpta eſt. *Athen. l.* 3. *c.* 28.

In ludis à Nerone inſtitutis AElia Catula XXC. annos nata, nobiliſſ. & ditiſſima ſaltauit. *Xiphilinus.*

C. Caligula Imperator ſaltatores vrbe à Tyberio exactos, non tãtum reuocauit, ſed ipſe etiam plurimum ſaltauit: & cum aliquando de nocte accerſiri diligenter princeps ſenatus iuſſiſſet: tanquam de rebus neceſſariis ab iis eſſet conſilium capturus: poſtquam conuenerunt, nihil aliud quam ſaltationem inſtituit. *Dion in eius vita.*

Pyrrhus *Achillis* filius, celebratus ſaltationis artificio vſq; adeo eſt: vt quum ſpeciem illi pulcherrimam adiecisſet, Pyrrhichium ſit ab eo nuncupatum *Cæl. . c. 3. ex Luc. de ſaltat.*

Epaminondas dux Thebanus bellicoſiſſimus, probe ſaltaſſe, & cantaſſe ſæpe dicitur: exiſtimans nimirum, ſaltatione homines agiliores fieri: vt ſi quando ſerio pugnandum eſſet, eo promptiores forẽt. *Alex. l.* 2. *c.* 25.

Dionyſius tyrannus quum Syracuſanorum in conuiuio iuſſiſſet, vt ſinguli in veſte purpurea ſaltarent: *Plato* id facere recuſauit, his trimetris, è fabula quapiam vſus.

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν,
Ἄρρην πεφυκώς, καὶ γένους ἐξ ἄρρενος,
Muliebri ego hauquaquam indui queam ſtola,
Vir natus ipſe, & ex virili germine.

Cæterum *Ariſtippus philoſophus* indutus purpura ſaltaturus, hos verſus recitauit ex tempore:

Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Οὖσ' ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται,

Id eſt.

Nam in Liberi patris ſacris
Mens, quæ pudica eſt, neſciet corrumpier.

Laert. li. 2. *c.* 8.

¶ HIEROGLYPHICA.

Apud Philippum illum, qui Sacerdotum Aegyptiorum lemmata quædam Græce ſcripta poſteritati tradidit, *ſaltatorem hominem & tibiis debitum*, per *Turturem* ſignificare legitur, neque quicquam aliud. Nam eam omnino tibiis mirum in modum affici compertum eſt, quin etiam & cantu inſidias allici atq; capi. *Val. lib.* 2. *p.* 208. *D.*

Vide, Chorea, Luxuria, Intemperantia, Voluptas,

Salus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SAlus, Incolumitas, tum animæ, tum corporis: Græce ... Heb, *Ieſchah*, à verbo *Iaſchah*, Saluauit, Seruauit, ... præſtitit ſalutem. IESVS σωτὴϱ, Seruator, Saluator, qui ... dam ſalutem ſuis confert, Vide trilingue etymologicon, ... 705. & 706.

Salus alia ciuilis & politica eſt: alia Theologica. Huius ... Theologicæ, duplex notio eſt, pro duplici temporis ratione ... hac vita, & ſtatus gratiæ dicta, quatenus Deo reconciliati ... cati firmitatem in ipſius gratia, gloriationem in aduerſis, & ... cum Deo in Ieſu Chriſto habemus. Altera futura vitæ æterna ... gloria conſtituta, hoc eſt, in gloriæ perfectæ perfecta poſſeſſione ... fruitione.

¶ LOCI BIBLICI.

Salus pro auxilio, 2. *Sam.* 10. 11. *Pſ.* 60. 13. pro eo, qui ſeruandis ... ctis deſtinatus eſt. 50. 23. hoc eſt pro Meſſia, vnico ſalutis ... Deo, non vni duntaxat Iudæorum genti, ſed toti mundo ... *Luc.* 3. 6. Sic accipiunt vulgo & *Gen.* 49. 18. pro doctrina ... *Hebr.* 2. 3. pro iuſtificatione, quæ in hac vita contingit ... *Luc.* 19. 9. *Eph.* 2. 8. 2. *Tim.* 1. 9. *Tit.* 3. 5. pro æterna illa gloria ... hanc vitam donatur, *Tim.* 8. 23. *Hebr.* 14. v. 5. 9. 1. *Pet.* 1. 9. ... glorificationem appellat, *Roman.* 8. 17. Salus, à ſolo Deo, *Pſal.* ... 18. v. 3. 4 & 27. 1. & 33. 16. & 44. v. 45. & 73. 25. *Eſ.* 27. 3. & 45 ... 3. 23. *Oſeæ* 13. 4. *Iac.* 4. 12. Salus in ſolo Chriſti nomine ... ſti gratiam confertur, *Act.* 4. 12. & 15 14. neq; tamen ... his locis. *Abd.* 1. 12. 1. *Tim.* 4. 16. *Iac.* 5. 20.

Salus ex Dei gratia & miſericordia, *Epheſ.* 2. v 5 8. *Tit.* ... 25. & 8. 8 & 10. 14. Salus in Eccleſia, *Eſa.* 46. 13. *Ioel.* 2. 32. ... ſalus ex Iudæis, *Ioan.* 4. 22. ſalus per Euangelium ... 1. *Cor.* 15. 2. *Iac.* 1. 11. in ſe poſita, *Rom.* 8. 24. *Heb.* 4. 8. 1. *Petr.* ... nime negligenda *Heb.* 2. 3. ſalus eadem nobis & Patribus ... 1. *Petr.* 1. 10. ſalus animarum, fidei finis, 1. 9. ſalus piorum ... *ſa.* 45. 17. *Hebr.* 7. 25. ſalus piorum quomodo promoueatur ... 8. 20.

Salutis fidelium certitudo, 1. *Theſſal.* 5. 9. *Hebr.* 12. 13. ... *Epheſ.* 6. 17. ſalutis partes omnes in Chriſto continentur ... 14. ſalutis via cognitio veritatis, 1. *Timoth.* 2. 4. Salutem ... timore & tremore conficere iubemur. *Phil.* 2. 12.

Saluator Deus ſolus, 1. *Sam.* 10. 19. *Tit.* 2. 11.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Salus Spiritualis quomodo acquiratur.

DOmine Deus clamaui ad te, & ſanaſti me. *Pſ.* 29.

Sana animam meam, quia peccaui tibi. 40.

Qui ſanat contritos corde 146.

Ecce Deus noſter iſte, expectabimus eum, & ſaluabit nos. *Eſa.* 25.

Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna. 45.

Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me. *ibid.*

Sana me Domine, & ſaluabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero, quoniam laus mea tu es. *Iere.* 17.

Et ſaluabo eos in Domino Deo ſuo, *Oſeæ* 1.

Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. *Mat.* 16.

Ad quid requiritur,

Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, melior eſt omni auro. *Eccl.* 30.

Qui inuenit animam ſuam, perdet eam. *Matth.* 10.

Qui enim voluerit animam, &c. Quid enim proficit homini ſi lucretur totum mundum ſe autem ipſum perdat: *Luc.* 9.

Qui amat animam ſuam, perdet eam & qui odit animam ſuam, in vitam æternam cuſtodit eam. *Ioan.* 12.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nullum credimus ad ſalutem, niſi Deo inuitante venire, nullum inuitatum ſalutem, niſi Deo auxiliante operari: nullum niſi orantem auxilium promereri, nullum voluntate Dei perire, ſed permiſſu. *Aug. in lib. de definit.*

Nullum omnipotenti Deo tale ſacrificium, quale eſt zelus animarum. *Greg. hom. 22. ſup. Ezech.*

Monſtratur, quod non omnes diuites pereunt, nec pauperes ſalu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN